

ULTIMUM  
CHRISTIANÆ PIETATIS  
OFFICIUM

*Nobilis, Magnifico, Amplissimoq; Viro*  
JOHANNI HOFMANNŌ

AB HOFMANSWALDAW,  
*Sac. Cæs. Maj. Consiliario, & in Camera<sup>a</sup>  
per Ultramq; Silesiam Regiã Secretario  
meritissimo,*

VRATISLAV. IV. KAL. APRIL. A. C. c<sup>o</sup> l<sup>o</sup> c<sup>o</sup> LII.

*Ipsa Die Parasceves denato,*

AD VII. EID. APRIL. DOMINICA IN ALBIS  
DICTA, CHRISTIANO ET NOBILI RITU  
HUMATO,

PERENNIS MEMORIÆ CAUSA,  
AVO, PATRONO, FAUTORI, ET AMICO,  
DEBITO MORE ET HONORE  
PRÆSTITUM.

*A Nepote, Amicis, & Clientibus.*

---

*Ibidem exprimebat Baumannianis typis Gottfridus Gründer.*



In Exsequialem diem

*Nobilis, Magnifici, Strenui, Amplissimiq; Viri,*  
Dn, JOHANNIS Hofman ab Hofmanswaldaw /  
&c. &c. &c.

a. d. IV. Cal. Aprileis, Anni Christiani c1o 19c LII.  
*pietissimâ placidissimâq; morte rebus humanis*  
*evocati;*

quæ dies exsequialis erat  
Dominica Quasi modò geniti; veteribus etiam  
Dominica in Albis dicta.



Res anni fluxere quater, quod condidit  
urnâ

Magnum, quæ dicta est Lux Do-  
mini Alba, ROSAM.


Lux eadem, tandem exhausti langvore senectò  
*Membra HOFMANNIADÆ nos dare cernit humo.*  
Candor ab ambobus, mentes sociarat amore,  
*Fesidæ qualis Sauliadæq; fuit.*  
Jam dudum pariles virtute & honoribus ambos,  
*Nunc tempus pariles exsequiale facit.*  
Summa HOFMANNIADÆ pietas amplexa JEHOVAM  
*Pectore sincero; Summa ROSÆ pietas.*  
Munere dum claro funguntur uterq; , probarunt  
*Cum vigili cunctis sedulitate fidem.*  
Officii quamvis sublimi in culmine, fastum  
*Damna vere sacrum mentis, uterq; Virum.*

Queis

Queis sapiens pectus, queis lingua diserta politur,  
Noverat HIC Musas, noverat ILLE, bonas.  
Musas, quæ cupient venturis dicere sacris,  
Cantari aeternum qui meruere, VIROS.  
Ambo meæ sorti favere, ambo ipse colebam  
Vivos, ereptos, lugeo triste, mihi.  
Quid multis? merito liceat nunc dicere: Quæ lux  
ALBA aliis fuerat, BIS mihi facta NIGRA est.

*Diurnam nunc-BEATI erga me fidem*  
*& benevolentiam expertus,*  
*merito lubensq;*  
*quantumlibet lugens, faciebam*

M. ELIAS MAJOR P. L. C.  
Gymnasii Vratislav. Elisabetani  
Rector & Profesor, cæterarumq;  
ibidem Scholarum Inspector.



Lugere Patrem, Conjugemq; lugere  
Fidum tot annos, nobilemq; Patronum  
Doctæ Thaliæ, falce Mortis ereptum  
Amplexibus sinceri Amoris & Cultus;  
Res est gravis, Planctuq; digna Threnorum;  
Quos Corde fundat indolente, Musarum  
Præsens choro Præses, Fidesq; Germana.  
Fundunt, merisq; Lacrumis parentatum  
Eunt Patrono, Conjugi, Patri, HOFMANNO;  
Quem culta Virtus, Ingeniq; vivacis  
Vis cæles, udam humum tenere, maturè

A 2

Vetans,

Verans, canendis destinaverat Factis:  
Seu Jura Pacis asserenda pro Regno,  
Seu dimicando vindicanda per Pugnas.  
Tacere si velit *Glaci* celebrati,  
Nostriq; quondam heu! culta *Musa Svidnicl;*  
*Vienna* sat laudata *Testis* exurgat,  
Et *Teutonum* quot jactitat *sacras* Tellus  
*Sedes* Apollini, quot & *Britannorum*,  
Quot *Gallia* Solum, & feracis *OEnotri*:  
Quibus universis comprobavit, ad Culmen  
Honoris ampli se *Virtute* scansurum:  
Sibi credito cum *Dux* præire **BURGHAUO**  
Jussus, poliret *Principem* *Juventutis*.  
*Castella* præfortis recepta *Faurini*  
*Duce* **SCHWARZBURGO**, vim premente *Turcarum*,  
Vidère, quid valere *Pallas* armata,  
Quid *Marte* potuerit expedire, *defensor*  
*Patriæ* *Salutis*. Nec domesticis *Belli*  
*Malis*, fidelem consulentium *Curam*,  
Subtraxit unquam, *Muneris* memor sumti.  
Hinc & *Viri* fidem, *Verenda* *Majestas*  
*Tot* **CÆSARUM**, remunerata præclaro est  
*Insigniumq;*, *Munerumq;* *Magmento*.  
*Secreta* *Camera* *Slesiam* gubernantis  
Concredidit, *Suffragiis* *Megistanum*.  
Denominato: plurimisq; laudatæ  
*Peritiæq;*, & *Fortitudinis* raræ  
*Meritis*, mage *Optimis*, magisq; honoratum,  
Honore

Honore *Consiliarii* coronari,  
Voluitq; *Consis* Nomen istud adscribi.  
Quid *Is*, per omne *Tempus* integræ *Vitæ*,  
Per tot *Gradus* *Honoris* incluti *Scandens*?  
*Pietatis* *Exemplar*, *Decusq;* *Phæbejum*,  
*Delecta* *Cæli* *Cura*, *Seculi* *Lumen*,  
*Spirans* *Imago* *Laudis*, atq; *Virtutum*,  
*Clarens* *Honos*, *Amorq;* *Gentis* *humanæ*.  
Felix *Amor*! cui *Toris* amaverunt  
*Tres* jungier, *Charites* velut *Poëtarum*:  
Referens, puta, *Aglaiæ* *NAGELIAS* suavem,  
*Scitam* *Thaliam* *HOGELIAS* verecundans,  
*Amabilem* *Euphrosynen* superstes *ARZATJAS*,  
Et his *Fidem* servavit usq; , servatam  
*Exosculatus*, prædicare se *faustum*.  
Habit: quod *hæc* in *Amoris* intimi *Trigâ*  
Peccarit haud quicquam, favore *jungendâ*:  
Sed *Vota* sensit, *Spesq;* dirigi *Cælo*.  
Quæ post tot ævi *Fata*; quæ *Vices* *servant*  
*Ubiq;* ceu *Centro* suo *reperculsa*,  
In *FILIO* superante, *Terminum* dudum,  
Posuere: qualem providens *Pater* *Rerum*,  
Et *Arbiter* *Vitæ* sub *Axe* designat.  
Huic *SE*, *Suosq;* credidit, *Fide* plenus,  
Et *Spe*, labante nec sub asperis *Rerum*,  
Nec ubi secundis flavit *Aura* quid *Ventis*.  
Onerum premente *Mole* sic fatigatus,  
*Morbisq;* pressus, par ut *Officii* *Curis*.

Haud amplius valeret esse, donatus  
Rude est honorâ: *Gratiâq; Magnatum*  
Habuit Senex gaudere plurimum, donec  
Superstes Orbi, sumeret Polo Vires.

Nam Viribus, Marcere ab Ossium lento  
Confectus, excidens; *Amore Supremi*  
Cor recreari *Numinis*, Beatorum  
Consortio jungi beatus optavit;  
*Preci* unicè solitus vacare, *Matutæ*  
Candente ab Ortu, Phosphorum usq; ad occasum:  
*Quâ* pro *Domus*, *Urbisq; Breslidôs*, cunctæ  
Pro *Patriæ*, & *Cætus* Salute *Christjani*,  
Devota Vota quotdiebus effudit.

Tandem petitus rheumatis gravi *Affluxu*,  
Vim sustinere non potens, *Deo* promptus  
Ut *Spiritum*; sic *Corpus* exhibet *Terræ*;  
Servanda, donec aura vividæ *Mentis*  
Habitâcla prisca revifat, opprimat *Mortem*.


Ut ut ergò *Res* gravis sit, his celebratum  
A *Dotibus Virum* dolere, surreptum  
*Patriæ* gementi, nobilemq; *Patronum*  
*Doctæ Thaliæ*: ut *Res* gravis sit, optatum  
Lugere *Patrem Conjugemq;* lugere  
Fidum tot *Annos*: attamen levet *Luctum*  
*Pietatis* illa, nobilisq; *Virtutis*,  
Et *Honoris* ampli *Fama*, nesciens condi  
*Tenebris Rogi*, mansura perpetim *Cœlo*.  
Luctum levet, *Felicitas Tori primi*,

Cui

Cui cælitus datum, hæctenusq; servatum  
*Pignus*; diuq; [quod precante *Budorgis*  
*Animo* Sibi vovet *erudita!*] servandum:  
*Per quod Parens*, post *Lustra* quindecim *Vitæ*  
*Defunctus*, in *Sese Altero Superstes* fit.

*Observantiæ, Honoris, Solatii, &*  
*boni Ominis ergo*  
*scrib.*

M. VALENT. KLEINWECHTERUS  
Gymnas. Uratislav. Magdalenæi  
Rector & Professor.



*SOL* quidem condit caput ingruente  
*Nocte*, sub *terras* remeans opacas:  
*Sed* redux *Orbem* radiante vultu

*Mane* revisit.

*Talis Hoffmannus* penetravit *Umbras*  
*Mole* prolixi *Senii* solutus:

*Nec* tamen totus cadit. *Ecce* fulget  
*Luce* recenti.

*Fulget* in *Cœli* melioris *Aulâ*,  
*Fulget* in *sacris Adytis* *Monetæ*,  
*Quæ* *Viri* laudes *memori* tabellâ

*Publicat* Orbi.

*Nempe* *Letheis* prohibet *tenebris*  
*Musa* *Doctrinæ* latitare *lumen*,  
Et *Fidem* *Mundi* *Dominis* probatum

*Adserit* *astris*.

Quin

Quin & in Nato superest renatus,  
Qui facem plenam Decoris paterni  
Exerit pridem, Procerum verendâ

Clarus Abollâ.

O vices pulcras! Pater in choreâ  
Cœlicâ splendet nova lux Olympi,  
Filius Breslæ micat inter Astra


Lux nova Terræ.

Luceat plures, precor, hic per annos,  
Nec prius Cœli subeat Lares, quam  
Patris Ætatem decies replerit

Plenus Honorum.

Observantiæ & Condolentiæ  
testandæ gratiâ fundebat

M. JOHAN. FECHNERUS.



NEverat octavum Lachesis mitissima lustrum  
HOFMANNO, Magno, vel sine teste, Viro;  
Ex quo Sceptringeri Suboles Jovis atq; Themistos  
Bina Panomphæum fertur adisse Patrem:  
Sancta Dice, florensq; Dices Germana, beatas  
Quæ servare poli creditur usq; fores,  
Cumq; Silesiacis tot oriri commoda terris  
Semone ex tanto quisq; negare neget;  
Hinc calidis à Patre simul petiisse tonante  
Suppliciis, faxit quò rata Vota Pater.  
Scilicet ut (vitâ functus quod porrigit ore  
Naulum) huic HOFMANNO non sit opus Danace.

Ac

Ac soror Eunomie, solii quæ perpes aviti  
Cultrix, penè novas sternuere ausa preces,  
Ni Pater ægiochus, calidos infringere motûs  
Mox memor, hæc ipsis mutua dicta daret.  
O Suboles, quò Fata vocas? aut quid petis? exlex  
Mortali ut natus sanguine fas habeat?  
At cui tanta fuit Superûm permessa potestas?  
Cum rigido mea vis sit minor ipsa Colo.  
Quin isthoc nisi Natorum à stemmate Natos  
Irruptâ usq; dehinc sufficiam serie.  
Qui fidas Patriæ norint impendere curas,  
Inclutaq; Imperii frena tenere dati.  
Nec prius exsangves lutei mortale relinquent,  
Parcarum jussu Corporis exuvium,  
Quàm Patriæ rursus Suboles pomœria terræ  
Auxilio pariter Consilioq; juvet.  
Dixerat: idq; ratum Stygii per flumina Fratris  
Annuit, ac nutu cœlica regna movet.  
Quo facto, explevit Pater hinc tot & altera lustra,  
Quam vitæ extremum clausit in orbe diem.  
Ast commune bonum maturo Filius ævo,  
Et Virtute pari & dexteritate juvat.  
Haud minor ergò tuo, Proles Hofmannia, Patre,  
Esto tot eximiis maeste subindè bonis.  
Et Pariter Pylæ tot adimple lustra senectæ,  
(At, minus afflictò Corpore sospes age)  
Sub nive Tithoni donec tuearis, adæq;  
Hanc Subolem patriæ ritè præesse rei,

B

In.

In Patriæ quam nunc sustollis commoda : magnum  
Instar ut ad Patris surgat, & Instar Avi.

*Ita de Magnifici Parentis  
Obitu  $\sigma\upsilon\mu\pi\alpha\delta\epsilon\iota\varsigma$   
Filio dignatione Senatoriâ  
non minus conspicuo,  
Et Nepoti item  
futuro,  
ob Indolis Minarumq; præstantiam,  
Virtutum Avitarum paternarumq;  
Amulo,  $\sigma\delta\nu\ \Theta\epsilon\omega$ , felicissimo  
vovet*

JOHANNES GEBHARDUS  
Gymn. Vrat. Elif. C. P.

**C**æsarea in Camera secreta Curio curæ,  
Præclare meriti cana nitela Senis :  
HOFMANNUS Sophiâ commendatissimus, almâ  
Qui factus Charitum, Pieridumq; manu ;  
Post exantlatos, Senio veniente, labores  
In CHRISTO cupiit, cum Simeone, mori.  
Omnibus exemptum curis, magna Hebdomodas illa,  
Tâm Magnum magnâ, vidit, in Urbe, Virum  
In cruce, cum CHRISTO, mortem qui passus, ocellos  
Clausit, & in vitâ desuit esse super.  
Tertia cum nitidos Auroræ reduceret ortus,  
Sed veluti CHRISTUS morte revixit ovans ;  
Sic Capitis membro tandem remeare licebit  
In vitam, veniet quando suprema dies,

Vivida

Vivida sollicitæ sint hæc solatia Menti :

*Cordolium viduæ, sunt mea vota, levent  
Nata propagandæ laudi, Patre digna Propages,  
Curia quam celebris, quam Schola terna colit ;  
Deponat ductos imo de pectore lesus,  
Vivat COMMUNI, Pieriæq; Rei.  
Et Pater & Conjux CHRISTI Virtute resurget ;  
Quam vis sit Leti nunc cines factus acu.  
Dum vixit, didicit moriendo vivere CHRISTO:  
Ars non est major, quàm benè posse mori.*

\*

Quam  
candidam memoriæ Aram,  
PIIS MANIBUS  
HOFMANNIANIS;  
ET  
consolatoriam Elegiæ Honorificentiam,  
MOESTIS PECTORIBUS,  
devovere ac ponere  
ut debuit; ita voluit

WOLGANGUS STIRIUS.

**S**ismit officium Pietatis flere Beatos,  
Quos optata diu sustulit atra dies :  
Exequias veniunt, Themis, atro indutaq; Pallas  
Syrmate, cumq; novem Pierisin Charites :  
Cæsar & Augustus, Cameræq; nitentior Ordo,  
Cumq; bonis docti, plebs & amata tibi.

B 2

Ni

Ni truculenta tuo lufisset flamine Clotho,  
Et tibi productis visa nocere moris.  
Te torfit variis Morbona doloribus atrox,  
Vivus, & ante tuum, flebile funus eras.  
Infelix vixti cruciatibus usq; superstes,  
Ac flesti summum non properare Diem.  
Jam satis est factum votis precibusq; trecentis,  
Dum te nunc solvit mors pia mille malis.  
Victor in Aetherea latus nunc sede receptus,  
Angelicos inter ludis orasq; Choros.

Seni venerabili, Desideratis-  
simoq; Pro-patri suo  
L. M. Q. Pos.

ADAM CASPAR ab ARTZATT.

Wahr ist's / vnd mehr denn wahr / die Grundfest' ist  
gesunken /

Die vnser Haus gestützt / vnd vnsern Namen hält:  
Das Liecht / so doch zuvor der Tugend helle Funcken  
Weit omb sich her geführt / muß lassen diese Welt.

Johann Christian Hofmann /  
von Hofmanswaldaw.

Wohle Beister müssen Leben /  
Wissen nichts von Sterbens Zeit:  
Ob sie zwar der Erden geben  
Ihrer Reiber Wichtigkeit /

Dringen

Dringen doch die edlen Sinnen  
Durch der blauen Wolcken Schein/  
Da sie sicher wohnen können/  
Da sie Böttern ähnlich seyn.

Hans Ernst von Pein.

Widem vnd mehr als wol / der bey der Tugend steht:  
Wen gleich der grosse Baro der Welt zu grunde geht.  
Kan doch kein Donnerstraal in seine Zelten brechen/  
Kein Schwefel voller Blitz sein Lob vnd Ehre schwächen.

Johann George von Fürst.

Helden Gemüter verachten die Erden /  
Jagen beständiger Ewigkeit nach:  
Wenn sie dem Kercker des Leibes entwerden  
Schwingen sie sich zu dem himlischen Dach:  
Laben die Seele mit Englischen speisen/  
Lassen die Nach welt die Tugenden preisen.

George Rudolff von Fürst.

Was ist's von nöthen nun / Herz Hofmann Euch zu  
klagen?

Den Zweck / so oft das Glück den Helden will versagen/  
Hat eure Tapfferkeit mit Ruhm davon gebracht:  
Der Name blüht numehr / bricht auß mit voller Macht.

Johann Burckhard.


Gleich

Leich in derselben Zeit / als vnser Sünden-Blüsse  
Den wahren Söhnungs Rath / vnd grossen Him-  
mel-Schlüßer

Die Kirche seine Braut / mit übergrosser Pein  
Beklagt / daß er am Creutz must auffgehendet seyn:  
Da starb nicht sonder Leid / ob gleich von vielen Jahren  
Herr Hofmann / dessen Trew die Stadt vñ Land erfahren:  
Ein Herr / der jederzeit die Tugenden geliebt:  
Drumb billich sich omb ihn die ganze Stadt betrübt /  
Und klagt den frühen Tod. (Wen graue Häupter sterben  
So dräuet Gott gewiß / die Länder zu verderben)  
Doch lebt die Seel / der Leib wird wieder aufferstehn /  
Des grossen Mannes Lob wird nimmer vntergehn.

Pflichtschuldigst aufgesetzet  
von

Valentin Seidel  
von der Delf.



*Imitatio ad Oden 3. lib. 4. Horatii.*

Cui tu, Parca, pio semel  
Vitai placidæ stamina ruperis,  
Illum non dolor amplius  
Distorquet febrium, nec podagræ lues  
Nodis contrahit anxium;  
Non lentæ hunc quatiunt sollicitudines:  
Non fortuna volubilis  
Vexat præcipitis turbine circini  
Perpesum varias cruces:  
Sed, quæ marmoreos Pax habitat polos,  
Cælo.

Coelorumq; quies mera hunc  
Obsignat gremio prorsus amabili,  
Illic Angelici chori  
Dignantur bibulis excipere auribus  
Defunctorum animas, melos,  
Quod Sacræ Triadis Nominibus ferunt,  
O HOFMANNADE, his potes  
Qui jam deliciis perfrui polo:  
Qui sanctam faciem Patris  
Inspexisse potes, quando libet, DEI;  
Et nunc muneris hoc tui est  
Mirari penitus Theosophas opes  
Adscriptus superis Quiris,  
Quod Phœbo rutilas clarius, hoc DEUS est.

Etiam atq; etiam venerabili suo Domino  
Pro Patri, & Baptismatis testi facieb.

JOHANNES DANIEL MAJOR.

Sic etiam Tu quoq; transactæ  
Fessus vitæ, satur atatis,  
Bene tranquillè lumina claudis,  
HOFMANNADE; non aliter, quàm  
Teneras solitant, vere ineunte,  
Solis radii, Zephyriq; nives  
Ire solutum? Te naturæ  
Vixisse satis, quisq; fatetur,  
Qui bis septem lustra, hiemesq;  
Videris octo: Patriæ verò  
Vixisse satis Te, nemo putat.

Quod



Quod enim vixti, divine Senex,  
Vixti summis clarus & imis,  
Vixti summis carus & imis,  
Vixti meritis in utrosq; bonus.

Tua fata tamen poterit Bresla  
Aliquantisper tolerabilius  
Ferre videri, cum tua Proles,  
Illad Patriæ nobile Fulcrum,  
Virtute tibi Doctrinâq;  
Reliquisq; animi satis eximiis,  
Usq; adeo sit donis similis,  
Ut non possint, nec apes apibus,  
Ova nec ovis gemina esse magis.

MARTINUS HANNKE.

---

**P**incipibus placuisse Viris non ultima laus est:  
Gloria sed major, posse placere DEO.  
Principibus magnis multi placuisse laborant:  
Pauci placatum semper habere DEUM.  
Tu nec Casareum sprevisi, HOFMANNE, favorem,  
Nec tamen hoc uno spes tua nixa fuit.  
Maxima cura Polo sensus defixerat omnes,  
Inq; DEO requies spesq; salutis erat.  
Fabula nunc Vita postquam miseranda peracta est,  
Te lato applausu mundus uterq; beat.  
Inter & Heroës priscos super astra receptus  
Despicis humanas fortiter inde vices.  
Est Tibi terra levis: tumulus qui contegit ossa,  
Perpetuâ lauru cingitur atq; viret.  
Et struit æternum calamus Tibi Mausoleum,  
Famaq; tot meritis digna, per alta volat.

THEODORUS JACOBI.